Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Summae seu Manualis Doct. Navarri

Ávila, Esteban de
Azpilcueta, Martín de

Lvgdvni, 1609

Fœmina.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41656

Visual Library

laudem, & gloriam in finem aptum relatum. ibidem. & num. 15.

Finis malus voti annullat ipſum votum, quia non eſt eius materia conueniēs, quamuis ipſum votum ſit bonum. cap. 12. num. 30.

De fine Legis. vide Lex 3.

Quando finis præcepti eſt aliud à re præcepta, tunc non cadit ſub præceptum. ca. 13. num. 2.

Finis vtilis animæ, & bonis proximi, excuſat à furto mortali. cap. 17. num. 5.

FOEMINA.

FOEMINA ornans ſe per contemptum ſalutis animæ proximi, quem credit ſpiritualiter, per eam periturum, mortaliter peccat. Secus ſi talis contemptus deſit. Præl. 3. num. 15. No. num. 17. & cap. 13. num. 13. & cap. 24. in fine.

Non peccat mort. mulier, quæ ſe ornat ob ſolam vanam gloriam ſine alio malo ſine, quamuis credat aliquem ob id cōcupiſcentiam mortalem concepturum: peccat tamen venialiter. cap. 24. in fine.

Fœmina quæ vi opprimitur, quid debeat facere: vide tit. Luxuria.

FOENVS ET FOENERATIO. vide Vſura.

FOETVS : vide Aborſus.

FORNICATIO: vide Adulterium, & Luxuria.

FRAVS: vide, Dolus.

FRVCTVS.

FRuctus rei alienæ fructuoſæ reſtituendi ſunt, habita tamē ratione bonæ vel malæ fidei. Si verò res non ſit fructuoſa, non eſt reſtituendum quod induſtriâ poſſidentis lucratum eſt. Fructus autem dicitur *id quod remanet deductis expenſis*. cap.17.n.25.

Qui recipiens alienam rem ad vendēdum pretioſiorem reddit, cùm ad id non teneretur, poteſt exceſſum ſibi retinere. c.17.n.99.

Fructus vt dicantur Eccleſiaſtici, non ſufficit quòd pertineant ad perſonas Eccleſiaſticas. c.27.n.69. de fructibus beneficiorum, vide beneficium.

FVGERE.

A DElinquens licitè poteſt fugere, ne capiatur, & alius poteſt eius fugam iuuare, quando non prohibetur ex obligatione ſui officij, vel ex qualitate delicti, vel alia de cauſa particulari. c.17.n.101. An verò liceat è carcere fugere, vide tit. carcer.

Qui fuit in cauſa vt captiuus fugeret à Domino ſuo, tenetur reſtituere vel captiuū, vel